



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

1. Quod sit idolum spiritualium, sapientum, doctorum huius mundi, propria scilicet iustitia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

1.



Vanuis Deus præcipit non habere De
 alienum, vt Exod. 20. quia ipse dicit
 ego sum Dominus Deus tuus, ego omnia
 tibi possum facere, saluare & damnare
 perdere & iuuare, attamen est duplex
 idolum in mundo, quorum primum est Spirituum
 & clericorum, idque perniciosissimum, proprie
 scilicet iustitia, quam colit homo & præsumit, illi
 buens quòd per eam saluetur & habeat remissionem
 peccatorum, pluris æstimans illam, quàm Dei gra
 tiam & beneficium Christi. Sic Iudei primò hoc
 idolum colunt, id est, propriam iustitiam, Rom. 10. V
 tes suã iustitiam statuere, iustitię Dei non sunt sub
 iecti. Contra hoc idolũ maximè pugnãrunt prophete
 & Apostoli atq; Christus, propter illum occiderunt
 prophetas Christũ & Apostolos nolebãt pati, vt illi
 rum iustitia nihil foret, sed gratia & beneficiũ Ch
 risti abundaret: id quod docebant omnes Sancti
 Sic inquit Christus Lucæ 16. de Pharisæis: Vos
 qui iustificatis vos coram hominibus. hoc idolum
 adorabat Pharisæus Lucæ 18. qui dicebat, Ieiun
 abis in Sabbatho. sed illum quia Deus recusabat, I
 blicanus descendit præ illo iustificatus in domum
 am &c. Hoc idolum ita naturæ nostræ inheret, vt
 sit possibile id fugere, sine speciali Dei adiutorio
 quisquis enim vult videri de suis operibus sanctus
 stus, sapiens &c. & inde gloriã habere, sicut Christus
 Matth. 6. contrarium docet de Eleemosyna, oratione
 & ieiunio. & Luc. 17. docet nos reputari seruos in
 les cũ omnia fecerimus, idè omnes sancti fideles
 bent pugnare, & pugnarunt contra hoc idolum
 extirparent, & vix potuerunt, inquit David Psal.
 Super senes intellexi. & deindè, Bonum quia humili
 liasti me: quasi diceret, Nisi venisset punitio & humi
 liatio, adorassem hoc idolum, meam sapientiam & ius
 titiam: idè bonum mihi, quòd humiliasti me, vt

scã
 Ne m
 mihi
 birẽ
 rem h
 bened
 adora
 iustiti
 quali
 gratia
 tes ius
 etiam
 patre
 nobis
 Phil. 3
 tiam l
 am, sa
 suas v
 idolum
 scurat
 lũ, vt
 quid n
 stũ ex
 rita: D
 oblata
 postea
 propt
 hoc est
 propit
 misit p
 nono.
 uerit &
 minus
 propte
 gredie
 quod

scam iustificationes tuas. Sic Paulus 2. Corinthi. 11. Ne magnitudo reuelationis extolleret me, datus est mihi angelus Sathane, qui me humiliaret, ne superbirẽ de mea sanctitate, iustitia, visione sed agnoscerem humiliter mihi sufficere gratiam Dei. Sic Iob 1. benedicit Deum. Grauißimum ergo peccatum est, adorare opus manuum suarum Esa. 2. id est, propriam iustitiam extollere vltra gratiam Christi, vel illam æqualiter reputare, & non sola cordis puritate fidere gratiæ Dei. Hoc idolũ adorant hypocrite suã iactantes iustitiã &c. non vt prohibeatur nostra iustitia, quã etiam exigit Christus Mat. 5. & 6. Sed sic, vt glorificet patrem in cœlis: satis nobis sit gratia Dei, pro merita nobis Christi morte: hæc est iustitia Euãgelij potior, Phil. 3. Gentes igitur quę adorãt idola, Iudęi qui iustitiam legis, clerici qui suis cęremonijs tribuũt iustitiam, sapientes qui cęteris volunt anteferri, diuites quã suas venerantur diuitias &c. omnes isti spirituale hoc idolũ cordis pessimum, & quod gloriã gratię Dei obscurat, adorant. Isto autẽ medio expugnatur hoc idolũ, vt solum respicias ad Dei promissionem, propter quidnã tibi promiserit salutẽ, nempe propter Christũ ex nuda misericordia, nõ propter tua opera & merita: Deindẽ, vt nihil amplius queras, nisi purã gratiã oblatam & promissam ad accipiendũ. Postremò, vt postea vadas & facias quę poteris liberẽ & gratis propter nullum meritum aut proprium commodum hoc est gloriã dare Deo, vt propter nomen suum propitiatur peccato nostro. Psalm. 25. Ipse enim promisit propter nomen suum. Sic docuit Moyses Deut. nono. filios Israël, Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit &c. propter iustitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hanc possiderẽ &c. Non enim propter iustitias tuas aut æquitatem cordis tui ingredieris, sed vt Dominus compleret verbum suum, quod iuramento pollicitus est patrib. nostris, Abrahã

Isaac & Iacob: Sic nos introducimur in regnum celeste, non propter nostram iustitiam, sed quoniam pater hoc promisit daturum propter filium suum credituribus, Ioan 3 vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam, Act. 15. & 10. Igitur de propria iustitia & merito hic desperare oportet, & ad nudam Dei misericordiam propter Christum promissam respicere in re salutis. Sunt etiam sua præmia iustificatis hic & in futuro ex gratia propter Christum, 1. Cor. 3 Vnusquisq; mercedem accipiet &c. & iterum 1. Cor. 15 sicut stella à stella differt &c. Sed meritum Christi solum nobis offert remissionem & salutem.

2.
1. Tim. 6.

Idolum mundi est Mammon & voluptas, illi seruit vulgus die ac nocte cum varijs laqueis, sicut Apostolus inquit: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli, & desideria multa & inutilia & nociua, quæ mergunt homines ad interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est auaritia. Hunc Deum, scilicet vsuram, colunt omnes mercatores, adeoq; totus mundus. Pecuniæ, inquit sapiens, obediunt omnia, & omnes colunt Deum diuitiarum Mammon, contra Christi præceptum, Mat. 6. Non potestis Deo seruire & Mammoni. Hic Deus mundi Mammon replet totam terram varijs peccatis, sicut Ioannes ait 1. Ioan 5. Mundus totus positus est in maligno, & hunc cultum auaritiæ seu diuitiarum nominat Apostolus Ephes. 5. idolorum seruitutem. Nã vbi cor, ibi & seruitus Mat. 6. Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuum. nemo fidit Deo, vt ille eum enutriet, sed omnes alienum Deum querunt, id est, pecuniam. Hoc idolum isto medio expugnatur, quod Christus præscribit Mat. 6. Ne solliciti simus: est enim plus vita, quàm cibus, corpus quàm vestimentum. Si enim DEVS dedit quod maius est, & quod minus est, dabit. Deindè, si Deus noster verus nihil dabit, nihil labor tuus proderit tibi, sicut ne poteris adijcere longitudi-